

nam in celum ferentium plurimi se audiuissent
se testati sunt. Claruit circa annos a natiuitate
domini septingentos.

De natiuitate virginis marie

Natiuitas glorio
sa virginis marie ex tribu iuda et
regia stirpe dauid duxit originē. Mattheus
autem et Lucas non generationē beate marie sed
ioseph describunt qui tamen a precepto christi
penitus alienus fuit: quod consuetudo fuisse dicitur
ut non mulierum sed virorum generatio series
tereretur. Clarissime autem virgo maria ex pro
genie dauid descendit: quod precipue patet
ex hoc: quoniam ut sepe scriptura testatur: christus de
semine dauid duxit originē. Cui igitur christus
de sola virgine natus sit: manifestum est et ipsa
sua virginitatem ex dauid natam esse. et hoc ex
catena nathan. Dauid enim inter ceteros
habuit duos filios: Nathan et Salomonem.
Ex catena igitur Nathan filii dauid ut testa
tur Iohannes damascenus? Levi genuit mel
chior et Panthera. Panthera genuit Barpa
thera. Barpanthera genuit Joachim. Joachim
virginem mariam. Ex catena autem Sa
lomonis Nathan habuit uxorem ex qua
genuit iacob. Defuncto autem Nathan Mel
chior ex tribu Matthe qui filius quidam Levi.
Frater autem Pantheris nupsit uxori nathan
mariam et genuit ex ea facti sunt au
tem fratres vterini iacob et heli. iacob
quidem ex tribu Salomonis heli autem ex tri
bu Nathan. Defunctus est autem heli ex tri
bu Nathan sine liberis. Et accepit iacob
frater eius: qui ex tribu Salomonis erat
uxorem eius. et suscitauit semen filios eius.
et genuit ioseph. ioseph igitur natura est
filius ex descensione Salomonis. Secundum
legem autem heli qui ex Nathan. Natu
sus qui nascebatur secundum naturam quidem
erat generantis: secundum autem legem defun
cti. Hec damascenus. Sicut autem in ec
clesiastica historia dicitur. et Beda in sua
chronica testatur. cum omnes generatioes

hebreorum et alienigenarum in archibus et
pluribus seculis seruantur. Herodes om
nes incendi iussit: estimans se nobiles pos
se videri si deficiens probamens pro
genies sua ad israhel pertinere crederetur.
Fuerunt tamen quidam dominici sic dicti
ob propinquitatem christi qui et nazaret fue
runt qui ordinem generationis christi par
tem ut a proavis dicerant. partem ut a quibus
dam libris habuerunt quos domini habe
bant quantum poterant perdocebant. Jo
achim autem accepit uxorem nomine An
na: que habuit sororem nomine bismaria.
Hec autem genuit Elud. Elizabeth autem
Iohannem baptistam. De Churo natus est
Eminē. De Eminē autem natus est scus ser
uatus: cuius corpus est in oppido traieci.
super fluvium mosam in episcopatu Leodi
ensi. Anna autem tres viros habuisse vi
ditur. scilicet Joachim Cleopham et Sal
lome. De primo autem viro scilicet Joa
chim unam filiam scilicet mariam matrem
domini genuit: quam ioseph nupsit des
dit que christum dominum genuit. Por
to autem Joachim accepit Cleopham
fratrem ioseph. et genuit ex eo aliam filiam:
quam similiter mariam nominauit. et Al
pho postmodum in coniugem sociatur.
Hec autem maria ex Alpho viro suo qua
tuor filios genuit. scilicet iacobum mmo
rem. ioseph iustum: qui et barfabas Sy
monem et Judam. Tertio secundo viro
Annertercum accepit nomine Salome.
ex quo aliam filiam genuit: quam rufus
mariam vocauit. et zebedeo in coniugem
tradidit. Hec autem maria ex zebedeo vi
ro suo duos filios genuit. scilicet iacobum
maiozem et Iohannem euangelistam. Qu
te et de hoc extant verba. Anna solet dici
tres concepisse marias. Quas genuerunt
tri Joachim Cleophas Salomeque. Has
duxerunt viri ioseph Alphus zebedeus.
Prima parit Christum iacobum secun
da mmozem. Et ioseph in suum peperit cum
Symone Judam. Tercia maiozem iacob

7 14